

THE HOLY ROSARY IN LATIN

1. (Kiss the crucifix and silently state intentions)

Opening:

*In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Credo Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus; descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

2. Pater Noster

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo. Amen.

3. Ave Maria (x3)

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri (Orange Beads)

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Fatima Prayer

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, perduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

Each Mystery

The _____ Mystery, is the _____.

Pater Noster

Ave Maria x10 (black beads)

Gloria Patri

Fatima Prayer



Joyful (Mon & Thurs)

1. The Annunciation
2. The Visitation
3. The Nativity
4. The Presentation
5. The Finding in the Temple

Sorrowful (Tue & Fri)

1. The Agony in the Garden
2. The Scourging at the Pillar
3. The Crowning with Thorns
4. The Carrying of the Cross
5. The Crucifixion

Glorious (Wed, Sat & Sun)

1. The Resurrection
2. The Ascension
3. The Descent of the Holy Spirit
4. The Assumption
5. The Coronation

Closing:

Salve Regina

Salve, Regina, mater misericordiae; vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus, exsules filii Hevae; ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

Oremus

O Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit: concede, quaesumus; ut haec mysteria sacratissimo beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Prayer for the Pope

1-Pater Noster, 1-Ave Maria, 1-Gloria Patri.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

